

Fructus tamen copiosi, quales in *Gen. Pl.* describentur. An erit floribus masculinis & femininis distinctis fortassis alia occasione certiora dicere valeo.

Calyx similis *Lecythi nov. gen.*

XI. MENZELIA. *Gen. Pl.*

CAL. *Perianthium* pentaphyllum &c.

STAM. plurima, capillaria, exteriora sursum plana; membranacea, obtusa. *Antheræ* parvæ, subrotundæ.

XIII. MIMOSA. *Gen. Pl.*

Hujus viginti species florula mea ad hunc diem numerat, magis autem diversum Genus in fructificatione fateor me vidisse nullum; nempe præter corollam, stamina, legumina & semina, differunt in numero, cohæsione, situ, Figura, proportione.

Quinque differentes vidi Fructificationum modos, nempe.

a) *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum.

COR. monopetala, quinquesida, calyce altior, lateribus internis calycis inferius adhærens.

STAM. *Filamenta* numerosa, quadraginta ad quinquaginta, longissima, capillaria, inferius sæpe ad medium connata in tubum, ut in *Monadelphia*.

Legumen teretiusculum.

Hujus familiæ sunt *Minosa Inga* Spec. Pl. 516: 2. *bigemina* 5. *Unguis Cati* 6. & *Catal. Mscr.* 221. 225. 229.

Semina in his duobus ultimis sunt calyptra s. arillo proprio a cortice vel carne leguminis distincta, pilosa, spongiosa involuta, quibus hæ species foliis bigeminis ab altera *Inga* differunt.

β) *Perianthium* monophryllum, quinquedentatum.

COR. pentapetala; petalis vix basi cohærentibus, calyce longioribus.

STAM. decem vel quinque, corolla sesquilongiora, setacea.

Legumina plana, linearia, bivalvia.

Hujus familiæ sunt *Mimosa cinerea* & affines.

γ) *Perianthium* monophyllum, bi- vel quinquedentatum.

COR. monopetala, quinquedentata.

Fila.